



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 28. Alia opera a Luthero in sua Captivitate scripta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

Secul. XVI.
A.C. 1521.

§. XXVIII.

Alia opera a Luthero in sua captivitate scripta.

Lutherus præter libros, quos mox recensuimus, plura alia ad propugnandos errores suos in loco, ubi delitescibat, concinnavit, & præ primis scripsit Theutonice Tractatum de Confessione secreta, ubi in Proemio effutire audebat: *Si Papa & Episcopi a se per libros suos admoniti non mutarent hæc instituta, fore, ut alius eos doceat, non verbis, ut Lutherus, sed factis, & armis.* Post hæc ibi illam duntaxat confessionem, quæ *auricularis* vocatur, impugnabat, nec omnino confessionem rejiciebat, ut ex parvo ejus Catechismo liquet, quem omnes ejusdem Sectatores unanimi suffragio acceptant, in quo disertis verbis asserit: *Coram Deo debemus nos reos agnoscere peccatorum occultorum; coram Ministro oportet tantum ea confiteri, quæ cognoscimus, & sentimus in corde.*

§. XXIX.

Lutheri liber contra Latomum.

Sleid. in com. l. 3. p. 76. Sub idem tempus Lutherus librum confutare aggrediebatur, quem Jacobus Latomus Lovaniensis Universitatis